



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De dispensatione irregularitatis ex homicidio cap. 89.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

nam qui tunc liberare omittit est irregularis. Idem dicendum si sit talis omissio contra iustitiam, ut in Medico, qui stipendio ad medicandum agrum ducitur, & medicamentum non prebet morienti. Si verò sit tantum contra charitatem, etiam si homicidium imputetur ad peccatum, non contrahitur irregularitas, ut si divites pauperibus pereuntibus non subueniant: Unde, & qui novit aliquem alicui mortem parare, si non revelat, quamvis verè occidentem sciat, non incurrit irregularitatem.

*De Dispensatione irregularitatis ex homicidio. Cap. 89.*

**I**rregularitas ex homicidio voluntario, non est de iure divino, sed humano: tollitur verò omnis per baptismum, & Papa in ea dispensat ad ordines, & benefi-

cium nō ita Episcopus, ne quidem in ea quæ contracta est ex homicidio occulto, modò sit voluntarium, alias enim potest, ut si factum sit ad defensionem sui, licet non cum moderamine inculpate tutelæ, eademque est ratio de quacunque alia Irregularitate contracta ex occulto delicto, modò non sit homicidium voluntarium. Caterùm ante sententiam nullus homicida perdit beneficium iam obtentum, nisi homicidiū illud sit qualificatum, sed est eo privandus. In Irregularitate casualis homicidii, Episcopus potest dispensare si tale homicidium est occultum, secus non potest.

*De modis quibus omnis irregularitas tollitur. Cap. 89.*

**P**er Baptismum tollitur omnis Irregularitas præter bigamiã